

August Varenius

M. Augusti Varenii, Ebreae Linguae in Illustri Rosarum Academia Professoris Publici [...] seu De Targumim vel Paraphrasibus Chaldaicis Oncelosi in Legem, Jonathanis in Prophetas, & illa quae extat in Hagiographa, Lectionum Academ. prima 17. Cal. Aug. Anno 1644. in Auditorio maiori habita In qua varia illarum ratio breviter explicatur, exemplis illustratur, & simul hodiernae Synagogae Iudaicae ab illa, quae Jonathanis tempore fuit, Apostasia demonstratur

Rostochii: Kilius, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738041718>

Druck Freier  Zugang



Einleitung in den Vorlesungen
über die Tarquinier
des A. Varenius.
R. U. theol. 1644.

M. AVGVSTI VARENII,

Ebrææ Linguae in Illustri Rosarum
Academia Professoris Publici

רֹאשׁ רְפָרָקָא

seu

De

TAR GUMIM


vel

Paraphrasibus Chaldaicis On-
celosi in Legem, Jonathanis in Pro-
phetas, & illa quæ extat in Hagiog-
rapha,

Lectionum Academ. prima 17. Cal. Aug.

Anno 1644. in Auditorio majori
habita.

In quâ varia illarum ratio breviter ex-
plicatur, exemplis illustratur, & simul hodier-
næ Synagogæ Judaicæ ab illâ, quæ Jonathanis
tempore fuit, Apostasia demonstratur.



ROSTOCHII,

Impressit NICOLAUS KILIUS, Academ. Typographus

ANNO M. DC. XLIV.

626 626 626 626 626 626 626 626 626 626

VIRIS pl. Reverendis, Clarissimis, Excellentissimis
DN. GERHARDO GRAVIO,
S S. Theol. Licentiato, Ecclesiæ Cathedralis
apud Hamburgenses Pastori, & SS. Li-
terarum ibidem Lectori.

ut &

DN. M. HEINONI CREGELIO,
Ecclesiæ Ultensis Præposito, & vicinarum
Superintendenti dignissimo.

Theologis Orthodoxis, & de Ecclesiâ
Christi benè meritis, Fautoribus ac Ami-
cis suis honorandis.

S. P.

Singularis vestra, Viri pl. Reverendi, humanitas,
& spectata satis jam satis amicitia, enjus luculenta &
nullo non tempore commemoranda, vel nuper in itinere,
quod ex hâc Academiâ in patriam suscepseram, mihi dedi-
stis documenta, jusserunt me reducem, illi vestra tam prolixa
tam benefica erga me voluntati reciprocâ quadam mei in vos
affectus contestatione respondere, & has mea Professionis primi-
tias celebribus vestris nominibus inscribere. Seilicet ex quo mi-
hi ab Illustrissimo hujus provincie Principe, Domino meo clemen-
tissimo, Publicum Linguam Sanctam, quam tantum ad Sacra
minuducere novi, docendi munus in hâc Academiâ est deman-
datum, id mibi negotij credidai solum dari ut Audatores meos

ad

ad solidam & fundamentalem fontium Ebraicorum & omniis
Hebraismi cognitionem, quantum id per ingenij mei tenuitatem
licet, informarem. Quicquid hactenus hac in re, per id, quod
breve fuit, tempus praestare potui, præstavi, plura præsturus, si
DEUS vitam & sanitatem concederet. Praevidebam tum, cum
mea professionis initium facerem, sepius in praelectionibus pu-
blicis allegandos miki fore celebriores Rabbinos & paraphrastas
Chaldaeos: de quibus, ut, quid sentirem, Auditoribus meis ex
parte constaret in primâ statim praelectione hunc de Targumim
discursum institui. Omnia & singula loca in illis examinare non
constitui, nec id ipsum licet per alios labores officij mei. Acce-
dit, quod apud nos non aliam quam interpretes antiqui fidem
mercantur, & in eo potissimum nobis inseruant, ut illos ipsos, qui
pari cum Scripturis divinis religione illos venerantur, Judeos,
insensissimos nostrae religionis adversarios exinde tanto possimus
firmius convincere, quanquam magis illi vi sententiae Thalmudi-
ce, coguntur id principium admittere. Possimus enim hodie
per DEI gratiam non ex Scripturâ saltem: sed & propriis,
qua non minus vel magis etiam illi venerantur, principiis, ut
Doctrinâ Thalmudicâ, paraphrastis Chaldaicis, & antiquo-
rum suorum Magistrorum Scriptis illos cœcitatris sua convince-
re, quanquam vertumni illi, justo DEI iudicio excœcati, illis
ipsis qua alias velut Sacrosancta venerantur, & omnino ad-
mittere coguntur, Magistrorum suorum vetustiorum scriptis,
cum inde convincuntur, contradicere non verentur. Super-
sunt certè etiam loca plurima in Targumim & vetustio-
rum Rabbinorum scriptis, & forte longe plura superessent,
si vel omnia illa, vel saleem illa, qua venerunt sine corruptio-
nis suspicione ad nos pervenissent. Petrus certè Galatinus se
in Targum Jonatha super caput 6. v. 3. legisse asserit: קרוֹשׁ בֶּן אָבָא קְרַוֵּשׁ בְּרֹחָה קְרִישָׁא

EA 2

ritus

ius Sanctus. At hodie aliter legitur versus ille in Targum Jo-
nathae: קָדוֹשׁ בְּשֵׂמִי מִרְומָא עַל אֹהֶה בֵּית שְׁכִינְתְּךָ קָדוֹשׁ עַל
אֶרְעָא עַוְדָ גְּנוּרוּתְּךָ קָדוֹשׁ לְעוֹלָם וּלְעוֹלָמִים עַל מִיאָ וּזְבָאות
i. e. Sanctus in celis excelsis domo majestatis ejus. Sanctus super
terram opus potentiae ejus: Sanctus in seculum & in secula se-
culorum Dominus: quam Jonathanis interpretationem etiam
R. David Kimchi expositioni sua subjungit: זכר שלשה פעמים
קָדָק כָּנֶגֶד שלשה עולמים עולם העליון וחוא עולם המלאכים
וה נשמות ועולם השוכחה והוא שלם הגלגים והכוכבים ועולם
הTEMPERANCE: Sensus est nomen divinum triplicari
propter tria secula: Supremum, quod est Angelorum & anima-
rum: Medium quod est orbium caelestium & stellarum: insi-
num quod est hominum, addit postea יְהִי Et Jonathas inter-
pretatur, subjungens illam, quam ante memini, Jonathanis in-
terpretationem, ut si illa, quam P. Galatinus adducit, ab anti-
quis exemplaribus robur haberet, utrumq. & Paraphrasten
Chaldaeum & Kimchium, hoc in loco corruptum esse, dicere lice-
ret. Supersunt tamen omnium fermè fidei nostræ capitum in
hoc ipso Jonathane testimonia satis multa, qua non possunt non
& nostram religionem illustrare, & Iudaorum Synagogam er-
roris & Apostasie convincere, quorum partem quandam etiam
in hoc ipso discursu attingere volui. Eadem ratio de vecustio-
rum Iudaorum scriptis, & antiquiorum Rabbinorum in Scri-
piuram commentariis. Disputant illi qua sit causa triplicati
divini nominis in שְׁמָעִים i. e. Lectione: Audi Isra-
el Dominus DEUS noster Dominus unus est. Rem illam my-
sterio non carere sibi persuasum habent (præprimis cum utriusq.
& prima & ultima vocis litera ultima י in שְׁמָעִים & in אֱחָד שְׁמָעִים sit
majuscula) hinc mane, vesperi eam magna cum devotione &
superstitione recitant, & illâ ipsâ recitatione beatitudinem sibi
arrogant, ut pacet ex precatiōnē, quam his
verbis

אשרינו שאנו משבינים ומורייבים ערבי
 verbū claudunt: i. e. Beatos nos qui mane
 surgentes, & vesperi lectum petentes recitamus bis singulo die:
 Audi Israel &c. addita abbreviaturā consuetā i. e.
 Benedictum sit nomen gloriosum ejus in seculum & sempiter-
 num. Ritus illi recitationi adhibendos R. Abraham אע' dicit
 esse מתקנים נס/recitando nec temerè investigandos:
 העתיקו קרטונינו ול' על קש' זהה האמת ואין צורך להפשים:
 At quam ter iterati nomina divini dant causam? Rabbi ינ' in
 danda ratione ita se corquet, ut in medio rem totam relinqvat:
 בעלוי הטורים ternam divini nominis repetitionem factam
 esse dicunt: בנגד האבורה in respectu ad Abramum, Isa-
 cum & Jacobum. At ego mihi certò persuado, Vetustiores
 Judæos longè nobiliorem habuisse sua ranta religionis, qua nunc
 in superstitionem abiit, rationes, præprimis cum שלוש מרות מרכז
 non raro meminerint. P. certè Galatinus ex libro Zohar, illu-
 stre scitis ad ducit testimonium, ubi ad nomen primum Rabbi
 unus aliquis ita scribit: Hic est antiquus, qui est prin-
 cipium omnium rerum, antiquus antiquorum & dicetur Pater.
 Ad אלהינו DEUS noster, profunditas fluminum & fons sci-
 entiarum, qua procedunt ab illo patre, & vocatur Filius. Ad
 tertium nomen: יי' Hic est Spiritus S. qui à duobus procedit, &
 vocatur mensura vocis. Hic unus est, ut unum cum al-
 tero concludat & colliger. Hoc arcanum non revelabitur, do-
 nec venerit Messias. Ex commentatoribus Rabbinis præcipui
 sunt R. Aben-Esra R. David Kimchi qvorum ut ergo religiosus sa-
 ris est in investigando sensu Grammatico, & accurata Scriptura
 conexione vel ordine: quin אע' exorsurus commentarium in
 Pharascham נס/qua est Exod. 21. 1. præmittit
 bunc Rythmum:

אשרי נוחן לב לפשטיות
 גם בכלים גם ברפטיות

A 3

i. e.

i. e. Felix ille, qui investigat sensum literalem

Tam in universa lib. quam particularibus,
Addit statim: qui hoc feceris, ille deum noveris, quare haec
pharaseha וְיַחֲדֵל incipiat: quin ibidem rationem dare laborat
seq' uela unius legis ad aliam: וְאָמַר יְכֹלֶנוּ verba sunt Rabbini
למשוא טעם ליכה רבך זה המשפט אל זה וזה מציה אל זאת
נרבך בכל יכלתנו ואם לא יכלנו בחשוב כי החסרון בא
כחסרו זרעינו: Si fundamentum conjunctionis unius Legis
cum aliâ & unius praecepti cum alio invenire licet, omnes ingenij
nervos eò intendemus: Sin minus, cogitabimus causam illius
ignorationis esse nostri intellectus aduerauias. Nec minores illis
extiterunt R. Levi ben Gerson, vulgo רַלְבָג, R. Salomo Jarchi,
licet hic in fabulas sepius abeat, quas inde magnam partem una
cum expositione transtulit Nicolaus de Lyra: q' vorum omnium
commentaria ad litteralem sensum, & vocum phrasumq' diffi-
ciliorum, adeoq' totius Hebraismi cognitionem plurimum confer-
re, non negabit, qui illa maturo iudicio legere poterit. Sane nec
Tremellius, nec Munsterus id, q' vod in Bibliorum editionibus &
annotationibus, praestiterunt, praestare potuissent, nisi horum
commentaria habuissent. Munsterus ipse: Meo, inquit, ju-
dicio ineptiunt, qui contemtis Hebreis scri-
ptribus pergunt interpretari V. T. libros.
Certè id ego ex eis didici, q' vod s' p' monitores
sint veritatis etiam si ipsi interim in tenebris &
errore versentur. Hallucinati sunt plurimi qui
cittra Judæorum suppetias Hebraicum textum
interpretari nostro ævo conati sunt. Divus sanè
Hieronymus id tentare noluit, qui semper con-
ductitum Judæum apud se habuit, qui illi in locis
diffi-

difficilioribus Rabbinorum expositionem sugereret. Nam sunt multa loca in Scriptura, quæ citra Hebreorum traditionem non facilè intellegi possunt quicquid nasuti hic garriant. *Hec Munsterus, quæ vera esse nemo negabit, qui de his literis verè judicare poterit. Hieronym. 11. Ep. ad Dommonem & Rogatianum: Cū à me nuper, inquit, flagitassetis ut vobis Paralipomenon libros Latino sermone transferrem, de Tiberiade Legū qvendam Doctorem, qui apud Hebreos admirationi habebatur assumsi, & contuli cū eo, à capite, qvod ajunt, adusq; extremum unguem, & sic confirmatus ausus sum facere qvod volebatis. Quid in ipsarum etiam de Messiâ prophetiarum expositione, licet in applicatione non possint nō ex falso prasupposito graviter hallucinari, sapius ramen optimè literam explicant, sapius agnita veritate argumentum prabent, sapius inter seipso dissentiunt: ubi frequens est illud נחלה רבו לנו יל Dissentient Rabbini nostri qvorum memoria sit in benedictione, quâ in re R. Abarbinel est insignis, qui aliquando non illorum scilicet, quos dixi, Rabbinorum Antecessorum: sed vel ipsius Talmudis expositionem appugnat, & suam propugnat. Sed ad institutum redeo. Vos, Viri pl. Reverendi cā quā hactenus, benevolentia conatus meos prosequi pergit, & has professionis mee primicias benevolē accipite, sic illas tandem aliquando sequentur Theruma, & decima. Valete. Dabam in inclytâ Rosarum Academiâ 3. Cal. Decembr. Anni 1644.*

Pl. Rev. V. Clarit.

Offic.

M. AUGUSTUS VARENIUS,
in Acad. Rostoch. Ebreæ Lin-
gvæ Professor.

Auditores

Auditores Eximij ac Præstantissimi



Ggressurus meæ professionis initia,
quod felix & faustum jubeat esse supremus con-
tuum nostrorum moderator DEUS, & meritò re-
cordor triti illius Ebrie orum moniti:

ראשית כל מעשיך היה בשם השם י-ה-

*Principium omnium actionum tuarum sit in nomine cœli i.e. DEI
Gentiles, qui superstitione licet, serio tamen de astros suos cultu pro-
suebantur, usq; adeo nihil sine prævia Deorū suorum supplicatione, sus-
cepisse, ut nec cibum, nec pocula sine libatione sumserint, testes sunt,
ipsorum Poetæ: Nec enim*

*ἀπὸ χυτοπόδων ἀνεπιρρέκτων ἀγελόντων
ἔσθειν*

licebat. Eandem vel religionem, vel superstitionem in majoris momen-
ti rebus illos observasse, docent eorundem monumenta. Phœbo fru-
gum Autori, eorundem primitias offerebant: lovi suo

*Δημήτερι τὸν οὐγγῆ
Ἐπιπλέα βεβίων Δημήτερος ιερὸν ἀκτύν,*

Αρχόμενοι τὰ πέντε δέσποτου

supplicabant: orationem vel carmen aliquod elegantius exorsuri nu-
men invocabant: patet id ex Marone, qui

*Quid faciat latas segetes: quo sidere terram
Vertere conveniat*

decantaturus, universum concilium deforme Deorum velut ad
comitia quædam convocat. Judei vetustissimi, quorum religionis ex-
mulatrix fuit illa gentilis superstition **בְּרָאשֵׁת** uni Israe-
לְכֽוֹרֹו DEO cum voto solemnri consecrare tenebantur ex lege
vel primitiarum Exod. 23. Superiores vero ut & hodiernos nil quic-
quam sine supremi Numinis, quod unum venerantur, invocatione tra-
ctandum suscipere, vel soli docent Rabbinorum in Scripturas commen-
tarij. Magna igitur mihi, magna nobis omniaibus qui veræ Sapientiæ,
Lingvæq; S. Studio ducimur incumbit illos imitandi necessitas. Illius
enim Lingvæ nobis incumbit studium, quæ doctissimorum consensu est

extra

extra omnem ingenij aetam est posita, ceterarum omnium Mater & Re-
gina, ipsiusq; DEI, Angelorum, Patriarcharum, Prophetatum, totius
deniq; triumphantis in celo Ecclesiae Lingua. Veteris T. ad cuius in-
tellectum genuinum illa manuducit, nobis concreduntur in illâ ipsa, quâ
primò omnium consignata sunt, lingua, scripta Θεότων τε, ubi Gvid.
Fabricij Broderiani, Viri licet Pontificij: tamen Ebrea lingua peritis-
simi, judicio, tot sunt Sacra menta, quot litera: tot mysteria, quot
puncta: tot arcana, quot apices: Ubi omnia vel minima quæcumque sum-
ma cum attentione sunt consideranda: cum hic sit profunda quæcumque se-
cretorum abyssus, quæ non potest exhaustiri, & in quâ Doctissimi Viri, quo
majores progressus faciunt, tanto magis ignorantie sua sibimet consci-
eyadunt, novi semper astru rutulantibus in illo splendido DEI volumine,
quod non secus divinis characteribus distinctum, mysterii variatum un-
di quaerere coruscat, atq; ingens & rotundum illud naturæ volumen claris si-
deribus, quasi quibusdam literis aureis est exornatum: quæ omnia, si quis
sine supremi numinis auxilio, & sine vita ipsius, quantum nostra pati-
tur imbecillitas, sanctitate, vel fructuose suscipi, vel feliciter admini-
strari posse putaverit, nœ illum insigni vel ignorantie, vel temeritatis vel
audacie viatico instructum esse oportet. Longè alia mihi, alia vobis
A. O. mens erit. Vos saltem, ut iisdem, quibus olim Damascenus
publicè dicturus, Auditores suos ad precum conjunctionem solicita-
bat, verbis vos alloquar: ἐπενθέσθε μοι τὸ Θέαν τὴν πνευμάτων πνεύμα-
τος ἔλλαμψιν ηγένετο οὐ φῶν τὸν ἀνόητον καὶ μεῖνεν ηγένετο
λατῶν τῶν πνεύματος γνῶντα.

Te igitur, Trinune DEUS, supplices venera-
mur, ut hanc Academiam, adusq; supremam
totius universi πνεύματος conservare, singulo-
rumq; docentium & dissentium studiis ex
alto velis benedicere. Da mihi, da nobis o-
mnibus Spiritum S. tuum, Spiritum sapientiæ
& intellectus, ut, quam me succipere voluisti
provinciam, ea promovere possit solā nomi-
nis

B

nis

nis Ecclesiæ verbiq; tui gloriam. Floreat in
hâc Academiâ opt artium, Lingvarum, San-
ctæ præprimis, studium: ut cœlestis doctrinæ
puritas illius beneficio conservetur, ad seram,
si qua speranda est, posteritatem, contra licet
nitentibus inferorum portis, propagetur, &
in hâc vitâ, pristinæ: sed amissæ felicitatis pars
magna restauretur. Illumina oculos cordis
nostrî, ut videamus tuæ legis mirabilia, ut in-
telligamus verbi cœlestis mysteria. Tu

*Qui gentes fidei sub unitatem
Per discrimina multa Linguarum
Solator Paraclete congregasti.*

Da quæsumus, ut illud ipsum nobis liceat tuo
ductu fructuosè intelligere, qvod tuo olim
impulu Prophetæ jussi sunt literarum monu-
mentis consignare. Sic & in hâc & futurâ
vitâ te Patrem, Filium & Spiritum S. hâc ipsa
linguâ Sacro-Sancta cum Angelis & Archangeli-
cis, cum Sanctis, qui olim in hâc lingua locu-
ti sunt, Prophetis & Patriarchis devoti vene-
rabimur. Amen.

Cum multa igitur sint qua singula Lingvæ Sanctæ præ cœteris & auto-
ritatem & dignitatem satis evidenter asserunt, tum vero illud præpri-
mis eā commendat, qvod Lex Mosaica antiquissima Judæis data, partim
digito ipsius DEI, qvem hæc Lingua Autorem habet, partim manu
Mosis inspirante Spiritu S. primò omniam fuerit exarata quin & uni-
versa fermè V. T. Scriptura à Prophetis πνεύματι ἡγίᾳ φερομένοις
primò

primo omnium in hac lingua consignata: sed & per multa secula sine
ulla corruptionis specie ad huic usq; diem feliciter, Masoræ beneficio
fuerit conservata: cuius tamen dignitatis partem quendam licet exi-
giam sibi quoq; vendicat lingua Chaldaea, conjunctissima matris Ebreæ
filia, ex tritâ Rabbinorum sententiâ non nihili facienda, cum D E U S
benedictus impertiatur ei honorem, in Lege, Prophetâ, & Hagiogra-
phâ scilicet in Lege Gen. 31. v. 47. ubi tumulum lapidum, quem Jaco-
bus Hebraico nomine גָּלְעָד Galûd salutavit, Laban Syrus, & ex eâ Syriae re-
gione, quæ peculiariter ab Ebreis Paddan Aram: à Græcis qvod inter-
Euphratem, Tigrimq; media esset, Μεσοποταμία: à Latinis Syria inter-
amnis vocatur, oriundus, in suâ lingvâ, quam Aramæam appellant,
(nec enim olim ut nunc Syra & Chaldaea distinguebantur) יִגְרֵס חַדְרוֹתָא s. acervum testimonij vocat. In Prophetis præter unam vel alteram
voem, Jer. 20. II. solempne responsum, qvod Babylonii ad Aposto-
liam solicitantibus reddere deberent, captivis Judæis ab ipso D E O in
Lingvâ Chaldaicâ præscribitur his verbis: כְּרֻנָה תְּאַמְרָן לְהֹם
אליהו רְיֵשׁ מְאַרְקָא לֹא עֲבֹדוּ מְאַרְקָא וְמוּחָתָה

בלשון ארמית שמייא אלה In Hagiographis integra extant capita in Daniele quidem à capitulo secundi v. 4, adusq; c. 8. in Esia à v. 8. c. 4.
ad v. 26. c. 7. ut ita supremam utriusq; & Hebreæ & Chaldeæ Lingvæ
puritatem, & sermonis dignitatem in solis reperire licet Veteris T. li-
bris. Placet Auditores honoratissimi, hâc occasione de Targumim seu
Chaldaicis, quæ in omnes Scripturæ V. T. libros, exceptis Paralipomenon,
Danielis & Esra voluminibus, extant, paraphrasibus celebratissi-
mis, pauca pro præsentis temporis ratione dicere, & tandem futuri mei
propositi rationes vobis exponere. Triplex igitur Targum s. paraphrasis
Chaldaica præ cœteris celebratur: Oncelosi Proselyti in Legē (in quam
etiam aliud Hierosolymitanum ut & qvod sub Jonathanis nomine, sed
falso venditatur, extat) Jonathanis Uzzielis filij, Viri inter 80. Discipulos
Hillelis celeberrimi, in Prophetas: R. Josephi (ei enim vulgo ascribitur)
in Hagiographa. Et Oncelosi quidem in Legem & Jonathanis in Pro-
phetas paraphrasis omnium Ebreorum suffragio majori laude celebra-
tur. Ille enim sensus literalis veritatem, Linguæq; Chaldaicæ purita-
tem maximè post Danielem & Esram persequitur. Hic verò præter
innumerā, quæ dextrè satis explicat loca, præcipua quoq; de Messia-

vaticinia satis aperte explicat, & quid Vetus Synagoga Christi seculis
proxima de Messia crediderit, indicat, quamvis illa ipsa, quæ de Messia
promissio explicat, loca, minus recte saepius applicet, venia tamen hæc
in re vel commiseratione dignus, cum non post: sed ante nostri Mes-
sia tempora suam paraphrasin ediderit. Hujus autem Jonathanis ethi-
sunt, qui paraphrasin in Legem & Hagiographa extare dicunt, antiqui
tamen Hebrei, qui ordines מְשִׁנְיָהּ conscripserunt, non solum nihil
præterquam in Prophetas ab eo scriptum asserunt, verum etiam ne
plus scriberet, & nondum statuto tempore, mysteria patefaceret cœlesti
oraculo vel voce volunt admonitum. Extat hæc de re Thalundista-
rum testimonium in verbis סגיליה his מסקת נבאים וונחן בז עוזיאל אמרנו ונודענה ארץ ישראאל ארבע מאות
פרשה יצאה בת קול ואמרה מי הוא זה שגילה כתורי לבני
אדם ווער בקש לגלות הרגום של כהובים יצחה בת קול
ואמרה לו דיר מאיר טעתא דעתך ראותכו קז הסוייחת
i.e. Targum Prophetarum Jonathan Uziel filius fecit, & commota fuit
terra Israelis ad quadringenta usq; miliaria. Tunc egressa est vox cœ-
lestis & dixit: Quis ille, qui revelavit secreta mea filius hominum? Por-
rò cum cuperet quod manifestare Targum Hagiographorum rursus eges-
sa est vox cœlestis dicens ipse: Sufficiat tibi: Quamobrem? Pròpterea
quia in illius revelatur finis Meßia. De illo, quod sub Jonathanis titulo
sed falso extat in legem, recte sentit Drusius: Jonathan, ait, Uziel filius
nunquam vertit legem; hoc est quinq; libros Mosis. Quid igitur? Ad
quasq; erat utilius Typographiū præfigere nomine Jonathan quam alto-
rius Interpretus Hierosolymitani. Nam Jonathan in tantā est autorita-
te apud Ebreos, ut libri ejus ferè pro Canonis habeantur. Nec minus
Targum Hagiographorum Viris doctissimis satis probatus, si id, quod
extat in Canticum Salomonis, & Threnos Jeremiæ excipias, quod &
Dialecti varietate, & fabularum pluralitate, ipsaq; prolixitate, & à cœ-
teris Targumim, & ab ipso, qui in Psalmos, Iobum &c. paraphrasin
scripsit, longissime dissentit, evidenti satis argumento non unum: sed
plures, ipsoq; temporis intervallo longè distantes paraphraseos Chal-
daicæ in Hagiographa fuisse autores. Perinde nobis fuerit quam quis
illis autoritatem tribuere voluerit. Interpretes sunt, apud Christiano-
rum

zum DD. talis, qualis antiquis interpretibus debetur: at apud omnes
tum antiquos, tum modernos Judæos autoritatis maximæ, quos ipsos
tamen, dum suæ cœcitatæ in multis de Messia vaticiniis solidè convin-
cunt, nostræ Christianæ religioni luculentum testimonium addunt, &
argumentum *καὶ ἀνθρώπων*, contra Judæos sappeditant. Placet uno
vel altero exemplo illam Targumim variorum diversitatem, utilitatem,
expositionis etiam pravitatem vobis sistere, & simul per singula: sed bre-
viter, dècurrando vobis illorum rationem exponere. Oncelos igitur Legis interpres (de Targum enim Hierosolymitano & Pseudo Jo-
nathanis in Legem, ut & illo quod extat in Prophetas priores nunc non
dicâ p̄æ cæteris optimè Legis Ebreae pandectas interpretatur. Sic illud
אִיכָּה אֲשֶׁר בֵּין וּבֵין הַאֲשֶׁר וְכֵן וְרַעֲדֹבֵן זְרוּעָה
clare reddidit:
רַבְבָּר אֲשֶׁר בִּינְךָ וּבֵין אַתָּה וּבֵין בָּנְךָ בְּנֵה אֶת
i.e. inimici-
ties ponam inter te & inter mulierem, & inter filium tuum, & filium
ejus. Porro quod dicitur: **הָוּ שׁוֹפֵט רָאשׁ** ita expressio:
זֹוּ יְחִידָרְכֵיר לְךָ מֵהָדְבָרָת לִיהְ פְּלַקְרַבְיָן Ille erit memor
tui proper id quod fecisti ei in principio: in quo lieet Interpretem mi-
nus vocum vim tetigisse & hallucinatum esse videamus, sensus ta-
men facile conciliari & ad expositionem veteram & Christianam potest
applicari. Sic quod de Abraham dicit Scriptura: **וְהִאמְנֵן בְּוֹחוֹת**
וְהִצְמַחֵן בְּרִיתָה Gen. 15. 6. Onkelos reddidit: **וְהִימְלַטֵּן**
בְּמִימְרָדְיוֹ וְהַשְׁבָּה לְיהָלוֹם. Creditit Abraham in Verbum
Domini & imputatum est ei ad justitiam, nomen gloriosum exprimit
per **כְּרָא דְּרִי** Verbum Domini, satis egregie tum justificationis Abra-
hami causam formalem & instrumentalem: **מִצְרָא תְּקִוָּה** sc. **אֵל גָּדוֹלָה**
seu promissum mundi Messiam explicando. Sic illud de
vaticinium. Gen. 49. 10. Similiter de Messia **παιχνίδια**:
לֹא יַעֲרוּ עַבְרָ שׁוֹלְטָן מְרֻבִּית וְהַוְרָה וְסִפְרָה מִבְנֵי בְּנוֹהִי עַר
עַלְמָא עַר רְיוֹתִי מִשְׁחָה דָּרוּלוֹתִי הוּא כָּלְכֹוֹתָא וְלִיהְ יְשַׁחַמְעָן
עַמְמִינִי. Non recedet (שְׁבַט) exercens principatum, de domo
Jebuda, neqz scriba de filiis filiorum ejus, donec veniat Messias, cuius
est regnum, & ei obedient populi: quod ipsum de Schilo vaticinium,
illud etiam quod Hierosolymitani nomine circumferunt, quod & illud,
B 3 quod

quod falso Jonathanis nomine gaudet, de Messia ex tribu Iuda nasci-
turo exponit, usq; adeò ut ipsi hodierni Iudei agnoscant ipsius oraculi
veritatem, nec quicquam habeant quod ad argumentum hoc & Para-
phrasarum συμφωνias reponere possint. Idem Legis Interpretis opti-
mè meo judicio interpretatus est votum illud, quod in solemnī 12. filio-
rum benedictione, venerando, jamq; moribundo Seniori Jacobo ex-
pressit pia Salvatoris futuri recordatio : לישועהך קורתי יהוָה
Luth noster : הִנֵּה אָנֹכִי מַעֲמִיךְ וְאַתָּה אַתָּה
At Onkelos inter-
alia ita hic προφετείαι : Non expecto redēptionem Gedeonis, nec
salutem Samsonis, que est transitoria. בר רפורהן דבשורהא בר
Sed expecto redēptionem Christi filij David, qui venturus est
ad adducendum filios Israel, cuius redēptionem desiderat anima mea :
qvæ verba, licet in Buxtorfianis Bibliis desiderentur, in accuratissimis
tamen exemplaribus videre licet, & etiam in illo quod Operi Com-
plutensi & Regio Hispano co à Fr. Ximenio & Arià Montano est insertum
reperiuntur: quam Complutensis editionis lectionem confirmat, quod in
Targum Hierosolymitano similis fere, quā versum hunc, paraphrasis
extet: אמר אבונן יעקב לא לפורקניהם רגבען בר יוואש סכיה
נפשי רחיא שעה. ולא לפורקניהם רדמשון דrhoא פורקן עבורי
אלא לפורקנא ראמפה במיירך קמייחי לעטך בני ישראל
לروح לפורפנד סכיה נפשי. Dixit Pater noster Jacob: non redēptionem
Gideonū filij joas nec liberationem Simsonū desiderat anima mea: illa
enim fuit temporalis: hec transitoria: sed redēptionem, qvam promē-
sisti in VERBO TUO, ad adducendum eam super populum tuum filios
Israel, illam, inquam, liberationem expectat anima mea. Utrumq; sane
à Paraphrasis Chaldaicis, qvibus excepto Mose & Prophetis, majoris
antiquitatis & autotitatis Iudei non habent, illustre de Messia & spiri-
tuali per illum liberatione testimonium, ad qvam etiam Sanctum Pa-
triarcham hoc pio voto respexisse, nullum nobis est dubium. Non
possum, qvam ex eodem Legis Interpretē adhuc unū vel alterum locum
adducam. Sunt qvi Lutherō diem dicant neglectæ veritatis Hebraicæ
in interpretatione verborum: יְהִרְשָׁתָה וּתְהִרְשָׁתָה qvibus amissæ per
incestum dignitatis memoriam Rubeni filio refricat in benedictio-
ne seu potius maledictione moribundus Jacobus. Reddidit ille : Der
Oberst

Oberst im Opfer vnd der Oberst im Reich. At ego Lutherum
mnia optimè & magno sum verborum singulorum pondere
dicentis intentionem hic expressisse, dico: rationes illius versio-
nis alias in interpretatione illius capituli dabo. Nec rationem sal-
tem Grammaticam: sed & autoritatē hic habuit Lutherus noster,
tum Eboreorum commentatorum, tum Paraphraſtae Chaldaei Once-
losi: ita enim Onkelos hic פָּרָשָׁת כְּלֹנְכָּה: וְרֹאשׁ הַוּקְפִי
ראובן בוגריו את חילו: optimè expressit illud: qvo כָּחֵז וְרָאשֵׁת אֲנוֹן:
nomine Primogeniti salutabantur, ut patet ex Deut. 21.v.17. Pergit:

לך הוא חוו למסב תלה חולקון בכורותא כהונתא ומילכותא
qva verba ita Germanicè exprimerem: Dir ô Ruben, als meinem
erstgeborenen / hette billig gebüret das dreyseltige Recht des erstgeboren-
nemblisch zwenzheit der Erbschafft: das Priesterthumb/ vnd König-
reich / oder du herrest billig als mein erstgeborener seyn sollen der Oberst
im Opffer/ vnd Oberst im Reich/ sed quia fuisti levis sicut aqua &c.
ח' אל הותר i.e. non eris εἰς οὐδὲ τίτλος &c. similis fermè est ex-
positio in Targum Hierosolymitano, quod pariter extat in Legem:

חמי הוא לך למסב תלה חולקון יותר על אחך
בכורותא כהינתא ומילכותא ועל דחתית אהיהוכת בכורותא
לוייספ ומלבותה ליהודה וכהונתא רבתא לרלו

i.e. Tibi ô Ruben, veluti primogenito conuenisset, ut tres pra fratribus tuis
portiones accepisses: Primogenituram sc. Sacerdotium & regnum sed
quoniam peccasti, fili mi, data est primogenitura tua (i.e. capienda duas
hereditatis portiones vid. Deut. 21. 15. 17. 1. Chrys. 5.1.2.) Iosepho: regnum
Iude: Sacerdotium magnum tribui Levi. ubi simul triplicem primo-
geniti V. T. præminentiam seu dignitatem tum Ecclesiasticam, poli-
ticam, & terrenam in herciscundā dupli portione olim obtinuisse do-
cet: sed de hoc alibi. Sunt tamen in hoc ipso Paraphraſta loca, sed
